S. I. Ch!

Clarissimi Domini Doctores!

Amici et Domini Aestimatissimi!

Continuationem operis Ve-
stri classici, XVII^{um} nempe tomum
Sylloges, insperate percepi.
Quia vero interea majorem com-
plexum librorum botanicorum,
plantarum, insectorum et repti-
liorum necnon numismatum
(pro nostro museo, cujus ego prae-
ses sum) emi: oro perhumaniter
aliquod intervallum, donec mihi
licuerit mittere pretium libri.

Si pro extensiori studio Fungorum
indigerent ampliore materiali, impense
oro, ut mei memores sint; libentissime
mittam, ut certe determinentur.

Erive devotus, imo cum veneratio-
nis cultu emorior

Prenčov 15. Junii 1905. addictissimus

A. Kmeť parochus.

MAGYAR KIR. POSTA
5
FILLÉR

[MAGYAR KI]RÁLYI POSTA

LEVELEZŐ-LAP

Czim Clarissimo Domino
Domino Dr. P. Saccardo,
Direttore d'Orto botan.
Padova
Padua. Italia.

Vittorio

10

Oly külföldi államokkal való forgalomra, hova a levelezőlap díja 10 fillér, külön 10 filléres levelezőlapok szolgálnak.

SL. 2592